magistratum ac danti omnium mundique custodem. Huic et chasis nomen fuit.
Ebibe inquid uirgo precepit deorum pater hac regali lectica mox palanae
sublebaris quam quidem nullis fas attractari attigerit. Solui tibi quidem
... nostrum poculum licet ex dicto leniter dixeris cordis tui pulsum
...que ponocat. Ac tunc ea quae uitam plenitudine distentum magno
cum urgeret respiratus. Nihil autem inquit quibus plenum pectus geris uocatissima
agitatione uomueris forasque diffuderis in mortalitatis sedem nulla tenus
obtinebis. At illa omni nisu magnaque uique quidquid intra pectus simplicium
sonitu euomebat. Tunc uero illa nausia ac uomitio laborata in omnigenum
copias conuertatur litterarum. Cernere erat qui libri quantaque
uolumina quodlibet quarum operum ex ore uirginis defluebant. Alia
ex papyro que cedro perlita fuerant uidebantur. Alii carbasinis uolumi
nibus implicati libri ex ouillis multi quoque tergoribus. Rari uero
in philyrae cortice subnotati. Erant quoque quidam sacra nigredine colorati.
Quorum litterae animantium credebantur effigies quasque librorum nota
athanasia conspiciens quibusdam eminentibus [gap] saxis iussit
ascribi. atque intra specum per aegyptiorum adyta collocari. Eademque saxa
stellas appellans deorum stemmata praecepit continere. Sed dum talia
uirgo undanter euomeret, puellae quam plures quarum artes aliae
aliae dictae sunt disciplinae. Subinde que ex ore uirgo effuderat
colligebant. in suum unaquaeque illarum necessariarum usum facultatemque
corripiens. Ipsae etiam musae praesertim urania calliopeque innumera
gremio congessere uolumina. In aliis quippe [gap] distincte ad omnia
ac dedicatae paginae. In aliis circuli lineaeque homini spheriaeque cum trigo
nis et quadratis multis angulae eque formae pro theorematum uel ele
mentorum diuersitate formatae. Dehinc pictura animalium membra
multigenum in unam speciem complicabit. Erant etiam libri quis norum
melos signaque numerorum et cantandi quaedam opera proferebant.
Postquam igitur illam in bibliothecalem copiam nixanti uomitus uirgo
diffudit; exausto pallore confecta athanasiae opemque tam laboris
conscia fuerat postulauit. Tum illa ut profecto ei ardua sublimisque
conscendat hoc tibi accipe sorbilandum. Ac tunc matrem apotheo
si quae cum illa forte conuenerat. etiam pridem libros quos ex phi
lologiae ore defluxerant manu contingens ac dinumerans
conscendebat afferens quandam globosam animatamque rotundi
tatem simul ac uirgini porrigit hauriendam. Uerum ipsa spectat